DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE VANITATE COMPLVRIVM REMEDIORVM

QVAM
IVVANTE DIVINO NVMINE
ORDINIS GRATIOSI AVCTORITATE
PRO DOCTORIS GRADV
RITE OBTINENDO
IN AVDITORIO MAIORI
XVI. NOV. A. AERAE CHRIST. M DCC XXXVI.
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM STATIS
P. P.

IO. GOTHOFR. BRENDELIVS
MED. CAND. ET PRACTICVS VITEBERGENSIS

VITEBERGAE
EX OFFICINA SCHEFFLERIANA.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

VANITATE COMPLVRIVM REMEDIORVM.

I.

Pervulgatum omnino eſt, crebrisque ſermonibus circumfertur, quod medicinæ, artium nobiliſſimæ, omni ævo obiici conſveviſſe accepimus: eſſe in ea certum nihil ac perpetuum, ſed plena coniecturarum omnia: quo factum eſt, ut quibus minus eſſet cognita eius amplitudo, levior haberi coeperit, & iudicaretur

Periculoſæ plenum opus aleæ,

allata voce ex *Horat. Carm. II. od. I.* eademque, profan
licentia, & alienis illorum commerciis contaminaretu
qui, *cum Virgil. Aen. 12. mutam artem*, rati, omne eius f
ciendæ momentum, in fortuna quadam, ignoto sapie
tibus simulacro, situm esse, persuasum haberent. Cu
ius quidem rei causæ, quanquam plures sunt, arcesse
dæ tamen potissimum erunt a diversis illis, contrarii
que scholis, quas sectas vocant, medicorum, qui, cu
& ante Hippocratem, in scholam Cnidiam, Siculam,
Coacam, quas inter non parvas lites fuisse, cognoscere l
cet ex *Galeno, L. I. meth. med.* & post eius tempora, in d
versas, ut loquitur *Celsus, in Præf.* processissent curan
vias: non tantum fingere coeperunt artis præcepta, qu
lia potissimum esse vellent, sed etiam, ut quisque a verita
propius longiusve aberat, accommodarent medicame
torum effectus, causasque & symptomata morboru
ingeniis suis, quæ variis variorum placitis abundaba
Quod quidem præsertim Galenus egit, laudique su
multum detraxit: nam & ab Hippocraticarum observ
tionum puritate plurimum recessit, & medicinam *su
tilius, quam verius*, uti pronunciat *Ill. Boerhaave, In
Med. §. 15. Peripateticis dogmatibus, ad servitutis infamia
usque, explicuit.* Quod ipsum, cum secuti Galenum, fac
tassent Latini Græcique complures, præter paucos, qu
schola methodica, empiricaque, ad sextum usque, a Ch
sto nato, seculum, superfuerunt; Arabes vero omnes, i
quondam Academiarum domini: graviter demum o
pugnati sunt a Chemicis, qui duce potissimum Parace
so, cuius & magna, & ambigua fama est, ante hæc du
secula, inclaruerunt: frustra quidem a Thoma Eraſt
ac Galliarum medicis, qui per id tempus celebraba
tur, debellati. At hi quoque intestinis dissidiis dist
&

sti, idque potiſſimum egiſſe viſi ſunt, ne principia ſua, quæ in medicinam parum feliciter introduxerant, aut ipſi intelligerent, aut aliis intelligi permitterent, ſimiles ere ſacerdotis Bonæ deæ, apud Propertium, *L. 4. eleg. 9.* is advenam arcentis:

Parce oculis hoſpes, lucoque, age, cede verendo,
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.

II.

Sed cum novo prorſus, inventoque ſyſtemate, quod *Pitcarnius, diſſ. de tranſitu ſangvinis per vaſa mi-ma, it. diſſ. de inventorib.* præclara opera evicit, circu-m ſanguinis, cuius, ut nonnullis placet, iam penes *Ne-ſium, de nat. hominis c. 24. Andr. Cæſalpinum, quæſt. pe-atet. L. IV. c. IV.* & *Mich. Servetum, de reſtitutione Chri-aniſmi,* ſed obſcura pluſculum, &

Qualem primo quis ſurgere menſe *Virgil. Aen. 4. 452*
ut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam,

gnitio fuiſſe perhibetur, primus omnium ſuperiori ſe-o demonſtraſſet *Harveius*; eiusque rei præſtantia du-imos adverſarios viciſſet, ac magna ſpes eſſe poſſet, dicinam excultum iri ab omni ſecta liberam: ni-o tamen minus antiqui erroris plurimum ſuperſtes nſiſſe, animadverterunt doctiſſimi viri, auctum plificatumque variorum principiorum acceſſioni-s, ac, ſi rei accuratior paulo ineatur ratio, formarum, facultatum Ariſtotelicarum, novis vocibus involuta-n, demum etiam aſtrologicis illorum fictionibus, qui-s mirifice philoſophari viſum eſſet. Vt veriſſimum ſit d *Pitcarnii, Prooem. Elem. Med. Phyſ. Mathem.* in-entis: *Cum res medicæ, excellenti quorundam virtute,*

 in

in melius relatæ essent, ac nihil non a detecto sangvinis c- culo speraretur, prohibuit nihilominus sectæ amor, ne deb illi invento felicitate potiremur.

III.

Hic vero perspectu est facile, ac res ipsa docet, inter contraria studia, eandem medendi met dum esse non potuisse, sed suis cuiuscunque præce accommodatam, ut vel ex declamationibus Gal contra methodicos, *l. de optima secta, ac passim, l. met med.* patet, de quibus tamen, cum *Liddelio, Artis med Prospero Alpino, & Barthol. de Moor, de instauranda* mitius longe, ac fieri solet, multi rectissime sentiunt. que hæc attendenti, facile in mentem venire potui mile quid illi, quod est apud *Celsum, l. c. Cur aliquis po Hippocrati credat, quam Herophilo? cur huic potius, q Asclepiadi? si rationes sequi velit, omnium videri posse improbabiles: si curationes, ab omnibus his ægros perdu esse ad sanitatem.*

IV.

Inde etiam patere potest, has ipsas dissensiones non unde ortas, quam quod ingenio singuli suo nim tribuissent, transgressi ad singularia & occulta, pr quam iustis observationibus cognita essent sensibili quid per illa explorari posset. Fundamentum er & προπαιδεία medicinæ, illa erit scientia, non, quæ mis metaphysicis, ac primis, ut vocant, physicis ca impedita est, medico investigatu non necessariis, utilibus, nec possibilibus, ut iudicat *Ill. Boerha*

c. §. 29. ſed quæ nullis freta precariis poſtulatis,
indubitatis, ſenſuumque teſtimonio notis, demon-
rat remotiora. *Nihil enim aliud nos in rebus cogno-*
re corporeis, quam earum ad alias relationem, leges-
e & proprietates virium, quibus eas mutant, vel mutari
iis ſolent, id eſt, quantitatum applicatarum affectio-
s, ſcite *Pitcarnius*, *l. c.* pronunciat. Atque hanc προ-
ιδέιαν, nullam aliam eſſe poſſe, quam caſtiſſimam il-
n naturæ interpretem, & optimam ſtudiorum ma-
m, Matheſin, ſummorum Virorum iudicia confir-
nt. Quantum enim illa certitudinis, lucisque, iam
le a Sanctorii ævo, ad noſtram usque memoriam, me-
inæ attulerit, perſpectum ſatis eſt, poſitumque extra
nem dubitationem, mathematicis diſciplinis unice
beri, quicquid univerſa medicina rite demonſtrare
teſt. Cumque mirum omnino ſit, potuiſſe tot quon-
n ingenia, in unius philoſophi placitis conquieſcere,
i legibus ſuis omnia late deſcripſerat: quanto magis
tant viri doctiſſimi, introducta communi hac, vera-
e cognoſcendi ratione, augeri medicinæ ſolida fun-
nenta, & hypotheticas ſententias deiici? Nam, ſi na-
alis ſcientiæ pars medicina habebitur, atque, ut mul-
placet, ibi incipiendum medico eſt, ubi deſierit phy-
s: tum omnino, ut præclare iudicat, *Cel. Hauſenius, ad-*
ad Prop. Geom. de ellipſib. infinit. in naturali philoſophia
fictis hypotheſibus, ſed experientiis claris, calculoque ma-
matico, innitendum. Neque enim ſine hoc inveſtigari
e e phænomenis vires naturæ, in quibus omnis phyſici
a debet eſſe poſita, res tam clara eſt, & tam certa, quam
itas propoſitionis alicuius Euclideæ. Naturæ opera ne-
ſitate geometrica fiunt. Hinc unus idemque modus con-
randi, obtinet in omnibus obiectis naturæ. Videtur au-
tem

tem quævis classis obiectorum naturæ, magnæ cuidam & i finitæ progressioni similis, quippe quæ inter se non nisi diff rentiis, vel compositionibus, differunt. Duo illa medicin practicæ fulcra, Anatomen & Chemiam, magnam phil sophiæ naturalis partem constituere, & quas anatomic subtilitates vocant, utilitate sua nunquam caruisse, nen temere negaverit. Sed Anatome, ad cognoscendu hominem, applicari sine Mathesi non potest, adeoq solida quædam Anthropologia non condi: unde my logiam, partem esse matheseos applicatæ, rectissime *Ste* volebat. Eadem longe nobilissima scientia, quanti chemiam illustrandam, & digerendam, sit momenti, *Boerhaave* testimonio esse poterit. Etenim, quas e chireses chemicas vocant, revera ac generatim ni sunt aliud, quam virium ignis, ubi ille adhibetur, specificam corporum homogeneorum, aut ex compositorum, gravitatem, determinata proporti mutationis producendæ causa. Nam essentiam rum corporearum, quantum humano intellectui tent, in homogeneorum specifica gravitate situm es dudum evictum est. Medicamentorum applicatas res, quantum illustret Matheseos cognitio, docuer *Cockburnius in Trans. Phil. Angl. 1708.* & *Cel. Balthas Diatrib. de dosibus medicamentorum.* Sed longe nin abiero, argumenti huius causa, quod demonstratum a summis Viris, *Jac. Keillio, Tentam. Med. Phys. Be no, Pitcarnio, Borello, in operibus, Michelotto de sep fluidor. in corpore hum. Guilelmino, in operibus hydra & med. itemque de usu mathematum in medicina, & J Donzellino, in Symposio med. de usu math. in arte med.* ali que: ne adducam complures, qui physica sigillatim t

ctarui

runt; Vt iure dictum id mihi arbitrer, quod est apud
atium, Theb. XII.

- nec tu divinam Aeneida tenta,
d longe sequere.

V.

ed cum notissima sit προπαιδείης illius, apud priscos
Philosophos, dignitas, ut ipsum Aristotelem, cuius ex
eribus multa eruditionis mathematicae vestigia colle-
, & erudite explicuit *Jos. Blancanus*, a magistri senten-
, ut alias, discessurum fuisse, si ullo modo, adolescen-
n, his auxiliis destitutum, fieri posse philosophum
stimasset, arbitretur *Jo. Facciolati*, *Orat. ad Mathem.*
le quidem colligitur, hanc etiam antiquissimam esse
dicinae culturam, cum primum orta a paucarum
barum scientia,

ἦσι μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα, *Homer. Iliad.* 12.

tilius paulo, *Celso* teste, excoli cœpit. Cum prae-
im, eodem auctore, discamus, *multos ex sapientiae*
fessoribus, sic enim loquitur, *peritos medicinae fuisse*,
rque eos Pythagoram, & Empedoclem, & Democritum,
m illustrasse medicinam, auctor est *Laërtius in eius*
. Sed illam sapientiae vocem optime explicat Hip-
rates, discipulus Democriti, ut *Celsus l. c.* & *Suidas* do-
t, cum monet filium Thessalum, epistola eleganti, *ut*
Geometriae, Arithmeticesque studium omnem operam ad-
at. Neque contrarium his est, quod *l. c. Celsi*, primus
raffe a medicina sapientiae studium, dicatur Cous ille
ex: Nam ad curandos alios se contulit, cum illi sapi-
s, eodem *Celso* teste, suae ipsorum incolumitatis causa,
licinam excoluissent.

VI.

Illud etiam iis addendum est, quae de principior
& scholarum varietate, supra attigi, ipsum quoc
Cartesium eo nomine accusandum esse. Ac mirum
potuisse eo delabi, tantum, ut vocat illum *Excell. W*
sius, Praef. Log. min. Germ. Mathematicum, cuius mu
praeclara monumenta magno in pretio sunt: li
ipse censeat, *Synops. Med. c. 1. conatum se, ne quid scriber*
quin accurate demonstraret, ac *Medit. IV. de vero & fa*
in intellectu suo errorem non esse, immemor placiti sui, q
de omnibus dubitandum volebat. Vnde non desunt,
philosophica eius aliunde, ac praesertim e scriniis *Gô*
sii Pereirae, Philosophi Salmanticensis, depromta a
trantur. Ceterum fictiones eius, post *Conringium*
Is. Vossium L. de nat. & propr. lum. c. 4. reprehend
summi Viri, *Leibnitius*, *Neutonus*, *Jo. Keil. praef. Intr*
ad Ver. Phil. §. *1.* & *10.* aliique complures. Ac pot
mum adducenda est auctoritas Per-Illustris Domini
Heucher, Mecaenatis sancte colendi, *diss. de Mechan*
non Mech. qui Cartesium, statuit, etsi Geometriae vere
ritus fuerit, per meras tamen similitudines & comp
tiones, res suas physicas declarasse. Quae quidem att
tum, quoniam principiorum Cartesii, in medicinam
troductorum, nondum consenuit memoria: tum
iam, ut pateat, nihil ab illis agi, qui eius exemplo 1
dicinae mathematicae certitudinem, utilitatemque, sus
ctam opinantur.

v. Cel. Ludovici hist. Philosophiae Leibnit.

VII.

Vti vero ex eadem, & obſervationum, experientiæque dexteritas, & medicamentorum iuſta æſtimao, ac certa demum quædam medendi methodus, ſunt xpectanda: ita ſatis liquet, quantum illa ſectarum ac rincipiorum frequentia nocuerit medicinæ, cum ad igenii ſui leges artem formaſſent, ſi qui plurimum il- valuiſſent. Inde abundare coepit medicina hypoeſibus, iisque & morborum curationes & medicaenta accommodari: ut, ea conditione, cauſa fuiſſe deatur *Verulamio*, *L. IV. de Augm. Scient. c. 11.* repoendi inter deſiderata medicinæ eam partem, quæ de edicinis authenticis, & poſitivis, tractaret. Atque æc eſt illa remediorum complurium vanitas, cuius, l morbos quosdam relatæ, in expoſitione, quantum unc licet, inauguralis ſpeciminis loco, verſabor.

VIII.

Statim vero ſe febris offert, frequentiſſimus morbus, ut proditum ſit, neminem ſine ea vitæ finem feciſſe. um morbum voco, nihil detractum volo dignitati us ſententiæ, quæ cum *Aſclepiade*, ut *Celſus* habet, *III. c. IV.* ac *Roderico a Veiga*, ex illo cenſu febrem imit, ac præclara multa de eius utilitate ſperat. Un- illi quidem convenit cum *Hollerio*, *Fernelio*, ac feium illo domitore, quo nomine a civibus ſuis ornar, *Sydenhamio*, de febr. *S. I. 4. & S. III. 3.* Namque ſibi

non solum, sed aliis quoque morbis, præsidio esse brem, & pervetusta vox est, & experientia docet: *c præcordiorum dolores*, monente *Celso*, *si sine inflam ne sint, finiat, & in iecinoris dolore succurrat, & alior medicina morborum fiat*: Ac laborantes quartana, τινος μεγάλης νόσυ ἐκ ἁλίσκεσθαι, vult *Hipp. epid.* 6. sive is omnem magnum morbum, sive convul nes intelligat, ut patet *ex aph. 70. Sect. 5.* Neque tam non vocari posse videtur morbus, cum actiones ma festo lædat, quamdiu adesse cognoscitur. Est aut generatim nihil aliud, quam pulsus frequens & vel cum caloris naturalis mutatione, ac læsione actionu id est, symptomatibus variis, alias pluribus, alias p cioribus, coniunctus. Pulsum appello, cum læsi actionum, quoniam ad definitionem medicam affer dum est signum pathognomonicum, unde morbi p sentia commode colligatur. Nam qui per circul sangvinis auctum, aut pro sua quilibet hypothesi, ali febrem definiunt, iis de causa proxima, non de sig loqui placet. Ac brevitatis causa, ut alia multa, opportune afferenda, ita ipsam febrium divisione ac illam controversiam non tango, quæ de pu celeri & frequenti, inter *Ill. Hofmannum*, & *B. Sta um* aliquando intercessit, sed ad febres acutas & m gnas transgredior.

IX.

Acutæ quidem febres, dicuntur omnes ex gen continuarum simpliciter talium, sive contine

u

m, Græcis, ſynocharum, tum etiam, continuarum re-
ittentium, quas Græci συνεχεῖς dicunt, quibus brevis
cum vitæ periculo decurſus eſt, eaeque vel cum ex-
nthematibus, vel ſine illis. Ac de diſcrimine febrium
evium & acutarum eleganter diſſerit *Hollerius*, *de Cri-*
. p. 135. Ipſæ vero acutæ, cum varie rurſus diſtin-
uuntur, tum omnes, etſi pro gradu acuminis ſui, gra-
ſſimis interdum ſymptomatibus, ardore, incendioque
rporis ſummo, ſiti violenta, inquietudinibus, vigiliis,
liriis, convulſionibus, aliisque, urgeant, ea de cauſa
ribus malignis ponuntur adverſæ, quod quæcunque
s graviter accidunt, a tempore, naturaque morbi,
n ſint aliena. Neque enim vitæ periculum, mor-
ue magnitudo, ac vehementia, quæ in Cauſo utro-
e, tum continente, tum periodico, ſeu remittente
tiana, ſumma eſt, malignitatem denunciant.

X.

atet igitur, febrem malignam eam eſſe, in qua hæc
omnia, contraria ratione ſeſe habent, id eſt, quæ ini-
quidem, caloris externi, quod *Iordanus* de peſte
reptis obſervat, pulſus item, aliorumve ſignorum,
atu naturali, levi, ut apparet, receſſu, ſimulata vel-
bonitate accedit, mox tamen nil ſiniſtri opinantes,
iſſimis affligit ſymptomatibus, quæ neque cum illa
tatis ſpecie conveniunt, neque tempori morbi re-
ndent, atque alias citius, ac ſtatim principio, alias tar-
s ingruunt. Sed coniuncta eſt, per ipſa initia mor-
inſolita illa, ac ſubitanea, ſine cauſa manifeſta, virium

proftratio, feu refolutio, probe ab oppreffione viri
dignofcenda. Quæ quidem *Meniotius, de febr. mal. He*
nius de febr. itemque *Sennertus*, *de febr. IV. 10.* op
me exponunt, eaque de caufa attendenda funt, ne p
febre maligna habeatur, quæ non fit eiusmodi, aut i
qua curatione malum morem acquifiverit.

XI.

Id malignitatis nomen iam inde ab Hippocratis a
traductum accepimus, quem alias τὸ κακόηθες, a
vero τὸ θεῖον accufare conftat. Ac per τὸ κακόη
id maligni intellectum voluiffe videtur, quod priv
cuiusvis corporis vitio oritur, five, ut noftro temp
explicari poffet, diathefin inflammatoriam, hærent
in vifceribus, undecunque demum inducta ea fit
febri mali moris ortum præbentem: Per τὸ θεῖον ve
illud fummæ tenuitatis, atque a fenfuum acie pro
remotum, at fummarum virium in morbis pefti
tibus contagium. Vt non omnino finiftra febr
malignarum divifione ufi fint veteres, cum illas fiv
αὐτοφυεῖς, ac fecundum *Galen. III. epid. fect. 3.*
μώδεις πυρετὲς χωρὶς λοιμȣ, five in eas difcerner
quas ftrictim λοιμώδεις, id eft, peftilentes, vocabant.

XII.

Sed cum febris hæc latius pateat, ac varia fortita fit
mina, uti fingularia quædam fymptomata, ce

lgiam, anginam, maculas, aliaque, comites habuisse bservata est: utiliter omnino quadrifariam dividi-ır. Est ergo I. vel maligna simpliciter, quæ sine ontagio est, & exanthematibus, vel ea demum circa ortem conspicua habet: huc pertinere videntur li-yria atque epiala *Aetii* & *Actuarii*, cui similem fere affe-ınt *Acta Hafniens. Vol. 2. p. 137.* itemque semitertiana terum, ac *Spigelii*. II. Febris maligna cum contagio exanthematibus: quo referenda est febris maligna m purpura, variolis, morbillis, petechiis, & quæ m hac postrema magnam habet affinitatem, & nihil est ud, quam Causus σύνοχος malignus, febris hungarica, dor anglicus demum, fortasse πυρετὸς πεμφιγώδης Hip-ocratis, ἰδεῖν δεινὸς, *Epid. VI. 1.* ac *Galeno*, nomine πυ-ρῦ τυφώδους καὶ ἑλώδους, ἐσχάτως ὑγροῦ, *ad Lycum 2.* n notus. His III. si strages accedat, dicuntur pesti-ntes, quod pestis ad morem grassentur. Postremo pestis, seu pestilentia vera, summus ille febrium nnium malignarum & contagiosarum gradus, cum anthematibus variis, carbonibus item, parotidibus, bonibusque. Neque enim iis accedendum est, ibus pestem e febrium numero eximere placet. Ea o contagio propagatur, id est, immediata commu-one materiæ morbificæ, sive seminii illius σηπεδονώδους, r mercimonia varia, ac præsertim laneas lineasve te-, atque has inter, præcipue illas, quæ saponem, ac ricum manus expertæ sunt, quod ex *Diemerbroccio II. de peste* colligitur. Eleganter *Virgilius*, quan-am de alio contagii genere, *L. III. Georg.*

--nec

- - nec telas possunt attingere putres,
Verum etiam invisos si quis tentarat amictus,
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

De natura vero huius seminii, in tanto contagioru benignorum, malignorumve, ut animadvertit *Fra storius, L. de morb. contag.* inter bruta etiam animal discrimine, vix certi quid statuere licet, quicquid *prunus, Kircherus, Helmontius,* aliique, varie loquanti de quibus hic dicere nil attinet. Proxime a verit abesse videtur *Sylvius, Pr. Med. Append. Tr. II.* cum in s quodam volatili ac septico, summeque putrefactivo, co sistere arbitratur. Quæ, quanquam effectum poti quam naturam exprimunt, magnam tamen veri s ciem habet, id contagium, corporum ipsorum vi primo generatum, locisque quibusdam endemiu ac familiare, semper superesse, ac per idonea corpo conservari, quod experientia edoctus monuit *Syd hamius, S. II. c. 2.* Observatum enim est, Constanti poli, ac Asiæ citerioris quibusdam, itemque Afri locis illis, quæ mediterraneo mari contigua, piratic exercent, pestem endemiam ac familiarem esse, atq cum mitissima est, sporadici morbi speciem habe alias vero ingravescere multis de causis, & comm ciis nobiscum communicari, nunquam vero ap nos, aëris, quem spiritu ducimus, iniuria, excit posse: & veteribus demum, vix notam videri. Ac il strari forsan hæc possunt exemplo perditi illius conta venerei, ante expeditionem Columbi, nobis incogn teste *Guicciardino, lib. 2.* licet contra statuat *Hadr. Vi*

si

s, in Act. erud. 1694. p. 309. loco Taciti, de Tiberio, ſed
ile aliter, ac de cyrtonoſo, ſeu rhachitide, exponen-
, ductus. Sic etiam miaſma varioloſum, poſt claſſis
ſpanæ adventum, Americanos demum invaſit.

XIII

ed ut ad febres acutas revertar, id quidem facile in-
telligitur, acumen illarum, datis variis in corpore
nditionibus, de quibus hic exponere ſupervaca-
im eſt, varium eſſe; ac ſummum, in athletico ha-
u, ſtrictisque ac denſis corporibus oriri: omnes
o eius acuminis gradus eo tendere, ut pulſu cor-
arteriarumque frequenti ac veloci, ac pro varia
us vehementia, reniſus reciproci augmento, au-
que molecularum ſanguinis, inter ſe, & ad vaſa at-
u, vario pro vaſis capacitate, ac in minimis maxi-
, condenſetur ſanguis, ac humido ſuo orbatus,
at in craſſum quid, continuum, pelliceum, ac im-
abile, quod facile demum putreſcit. Quapropter
ammationibus opportunus eſt, eosque demum pro-
effectus, qui gangrænæ & ſphacelo proprii ſunt, &
lignitatis nomine ſæpe accuſantur. Atque ex his,
ſymptomata febrium acutarum, commode dedu-
ntur, ita patet etiam, qua ratione ab eodem pulſu
quenti velocique, tranſpiratio primis diebus impe-
tur. Commode *Io. de Gorter, de Secret. hum.* §. *58.*
motu celeriore, cum nimis ſimul condenſetur ſan-
s, & vaſa maiora ita impleantur, ut lateralia mino-
comprimantur, ſuffocatur ſecretio, uti in acutis ple-

C *rum-*

rumque cutis arida, suppressio urinæ, oris siccitas, oc rum squalor, deficiente humore lacrimoso, conspiciun licet validissima habeatur circulatio.

XIV.

Inde enim ortum videtur, intempestivum illud in tis, ciendi sudoris studium, corpore nondum xili, ut aiebat *Hippocrates*, id est, neglecta alvinæ nitudinis leni detractione, eoque præsertim temp quo, monito *Virgil. l. c.*

Profuit incensos æstus avertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam,

ac spreta præsertim utilissima illa opera, rite dilue exustum sanguinem, ut loquitur *Harris, diss. med. chi* fervoremque eius, nitrosis, acidulis, ac saponaceis, te perandi, iisque materiam transspirationis sudoris præstandi, quod doctissimi ævi nostri præcipiunt dici. Secus enim evertitur omnis medendi met dus, & nulla habita temporum morbi ratione, imp tune urgendo naturam, calidis illis, de quibus n dicetur, ac rarefacientibus, non solum augentur & celerantur symptomata, quæ statis morbi tempori debebantur, sed etiam febres vel in hecticas dege rant, aut sua natura benignæ, etsi vehementes, ex thematicæ redduntur, malignæ, ac petechizan quod *Sydenhamius in schedula monitoria, B. Stahlius ad Harveii artem curandi morbos expectatione, c.*

Har

ris de morb. acut. inf. aliique, caveri sedulo iubent. elegantissime *Ill. Boerhaavius*, *de Virib. med. c. de orif. In morbis cunctis*, inquit, *medici plurimi cum o sudorifera dari volunt, quia observant, naturam 4. semet ipsam per sudores sæpenumero exonerare, que in pessimam istam praxin, administrandi calida xsiccantia incidunt, eaque ratione plurimos interfi- t. Quodsi sudoriferis omnibus calidis ablegatis, ea nmodo sudorifera administrarent, quæ sanguinem di- t & vasa laxant, ægri inde commodissime sudarent, risis laudabilis 7. vel 14. die fieret: sic in sudore An- , plurimi a sudore per interna diluentia & externa ntia, ad 24. horas continuato, curabantur, cum contra- mnes, quibus diluentia interna non fuerant admini- ta, moriebantur.*

XV.

agna ac dives istiusmodi remediorum penus est, quæ cardiacorum, bezoardicorum, alexipharma- um, aliisque splendida titulis, eo consilio adhiben- a nonnullis, ut sudore eiiciatur maligni quid, quod in febribus aut nuspiam est, aut demum accersi- : ac petuntur e vegetabilibus quibusdam, ac po- mum radicibus sic dictis alexipharmacis, quarum edam adstringentes sunt; terreis, lapidibus pretio- calcibus metallorum cum nitro detonatis, ac præ- im bezoardicorum nomine claris, cinabari; qualia dem ultra primas vias vix penetrant, nisi forte ci- aris addito alcalino corpore, demum etiam parti-

bus animalium offeis, unde varii pulveres ac fpec tincturæ, fpiritus, faliaque volatilia, fimplicia & ole conficiuntur, quæ fi nominibus fuis funt adducer nimia erunt recenfenda.

XVI.

Hac amplitudine materiæ medicæ, his in mor prifci feliciter carebant. Certe Hippocrates, p ter pofcam fuam ac hydromeli, quibus deinde alia cefferunt, pauciffima in ufu habuit: cuius ad im tionem, *Ill. Boerhaave l. c.* commendat remediu quod habet aceti & mellis partes æquales, maceris mentum, aquæ duodecuplum. *Detur*, inquit, *ægro ftar thée aut coffée, & in lecto expectet fudorem : Hippocraticum eft remedium, acetum non coagulat f guinem, nec ulla acida fermentata.* Eadem aceti *Galeno* nota iam fuit *L. de marcore, c. 8.* Inde et non defunt, qui fpiritui vitrioli, acido, nobiliffi alias ad has febres remedio, cum iudicio ufurpa ad conficiendum mixturæ fimplicis aliquod fim crum, fubftituunt acetum ftillatitium, & cum fpi Tartari, omiffo theriacali, coniungunt. Veteri etiam in ufu erat pfychropofia, feu frigidæ pot quod auxilii genus, uti nobis vix imitandum eft, illis non raro omiffum fuiffe, cognofcitur ex *Marti L. VI. epigr. 86.* ubi calidam faftidit æger, & gelid his verficulis defiderat :

Setin

Setinum, dominæque nives, densique trientes,
Quando ego vos, medico non prohibente, bibam?
Possideat Libycas messes, Hermumque Tagumque,
Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

uo loco notari meretur obſervatio, quam *Cel. Elias* *udolphus Camerarius, diſſertationi de Variolis, Tubing.* 7. ſubiungit: *vini potum glacie refrigeratum, æſti-* *s diebus ordinarie inter prandendum & coenandum hau-* *m, tam a plebe, quam ipſis medicis Monſpelienſibus, cau-* *n eſſe dici, quod febres malignæ nunc longe rariores ſint* *is in locis, ac olim fuerint.*

XVII.

ed a malignis febribus nomen potiſſimum traxerunt alexipharmaca, eoque fruuntur antiquo poſſeſſio- iure. Commendari ex multis aliis ſolent, terra Le- nia, bolus armeniæ, terræ ſigillatæ, monocerotis rnu, id eſt, ceti in mari glaciali frequentis, Nar- l dicti, alces cornu & ungula, pretioſi lapides, be- ar, ac hyſtricinus calculus, piedra del porco dictus, yrrha, camphora, ac Theriaca demum, & mithri- tium. Alia diſquiſitione vix digna ſunt, alia brevi- tangenda.

XVIII.

Terrarum iſtarum eo fine adhibendarum, antiquis- ſimis temporibus vix ulla mentio eſt. Eretriam, Samiam nigram, nominat *Hippocrates*, alteram, *de*

morb. III. ubi iubet ἐς τὴν ἐρετριάδα γῆν, ὑγρὴν ϗ λ
τετριμμένην, ϗ χλιαρὴν, ἐμβαφθέντι ὀθονίῳ λεπ
περικαλυφθῆναι κύκλῳ τὸν θώρακα, ad cognofce
dum empyema. Simile quid interdum a chirur
noftris, in abfceffibus externis, bolo vulgari rub
fit. Alteram nominat *L. de nat. mulier.* ubi ad n
venda purgamina puerperii, dari præcipit τριφθεῖσ
ἐν ὕδατι, ὅσον ἀςράγαλον· Primi fere Lemniæ n
minerunt *Nicander in Ther. & Alexiph. ac poft Celf*
L. IV. Plinius, h. n. 35. 6. variis quidem nominibus. S
ampliffimus demum laudator eft *Galenus de fac. fim*
l. 2. ac paffim alibi. Subftitui cœpit deinceps bo
Armeniæ, atque huic, gleba Alana. Noftrum bol
Armeniæ, effe rubricam Sinopicam veterum, do
Mich. Mercatus, in Metallotheca Vaticana, a Lancifio ed
armar. 1. idemque memorat, exhibitum a fe bolum
meniæ verum, laboranti febre peftilenti, fed incaffu
aperto cadavere confpexiffe adhærentem ventriculo
inteftinis. Non attinet plures eiusmodi obfervation
transfcribi. Neque enim ulla ratione cognofci pot
quid in his morbis a terris illis expectandum fit, c
omnes martialis fint indolis, ac ferri particulas abfc
dant, eam ob caufam adftringant, & hoc confilio f
quenter adhibeantur. Sed quia plerumque propin
fuerunt ex aceto, aut acidis vegetabilium fuccis te
peratæ, facile adduci quis poterit, ut credat, his
obfervationibus, vitium fubreptionis in experiund
quod ait *Exc. Wolfius*, commiffum fuiffe. De p
paratis illorum, magifteriis, oleo fic dicto Hartman
aliisque, ac fpiritu Beccheri, in *Phyf. fubterran. I*
p. 87. & fuppl. 1. p. 148. parum quoque generofi fper
licet.

XI

XIX.

dem ſtatuendum eſt de lapide bezoar, etiamſi genui-no, ſeu calculo in pyloris capricervorum Perſi-rum reperto, quem ſub ipſo cœlo patrio eſſe ca-imi pretii, ac Perſis minus, quam Europæis uſur-i, refert *Kempfer. Amœn. Exot. Faſc. II. Rel. 9.* addit-e, *ex ſoluto illo in ſpiritu nitri, ſalisve, quem colore ſa-rubente, ac virtute ſua,* ut loquitur, *imbuerit, pa-ſe liquorem bezoardicum, cujus paucas guttulas cum a Cinamomi, Iulapio, aliove commodo vehiculo adhibue-* De effectu nihil addit, qui, ſi ſecutus eſt, tribuen-s eſt grato illi, acidiuſculo, reficientique vehiculo. que enim nitri ſpiritum pro uſu interno tantopere timeſcendum eſſe, monet *B. Stahlius, Tr. eleganti nitro, ac Mat. med. Tit. 6. 16.* ſeque ipſa aqua forti, e quidem a ſpiritu nitri nihil differt, crebro uſum, firmat, exemploque clyſſi antimonii ſulphurati con-nat. Sed huic lapillo iam dudum parum tribui-, alios plurimos inter *a Minadoo, de febr. mal. 2. 15. r. Mercuriali, Prælect. Piſan. in Epid. Hipp. hiſt. 2. ac c. Saxonia, de Plica Podolica, c. 59.* cuius adducenda ba ſunt: *Ego certe,* inquit, *lapidem bezoar non abs-cauſa parvi pendo, qui toto illo tempore, quo Venetiis icinam feci, ipſo frequentiſſime uſus, & eo quidem mo credito, utpote huic vel alteri ſenatori Veneto a imis Principibus dono dato, aut a religioſis Franciſca-accepto, quem ex Indiis orientalibus delatum, aſſere-t, ſe manibus propriis ab animalis ventre extraxiſſe:*

nullum

nullum tamen inveni fructum, neque sudorem conspexi *lum salutarem, ab aliis tantopere decantatum.* Sic eti *Boerhaavius l. c.* datum infanti genuinum, ad ℥j. frustra, ac bolos integros cordiales, quibus permix esset, per secessum elapsos, memorat *Sanctorius, m* *vit. error.*

XX.

Quid vero de calculo illo, in cystide fellea hystr Malaccensis, reperto, piedra del porco dicu sentiendum sit, quem ad febres malignas ac petech ne alios morbos appellem, magnopere quidam co mendant, quod retrocedere illas faciat cum eupho ut placet *Spenero, in Ep. de novo hæmorrhoid. coecar.* *med.* facile illi iudicaverint, qui petechias veras n esse aliud, quam summos apices totidem gangræ rum sub integumentis sese explicantium, adeoque ioris omnino momenti esse, quam ut huic remedic dant, meminerint: nisi fortasse maculæ istæ petec non fuerint. Frequens fuit Dekkero, ac sine du magnam laudum suarum partem debet conditioni corporum, morbi, medicamentis aliis, demum eti vehiculo, quo ante usum perfundi solet. Inert crebro usu fieri aiunt, cum tamen singulis infusioni quam minimam substantiæ particulam perdat, quæ granum superat.

XX

XXI.

Quod si demum iudicium fiat ex sanguine illorum, qui his febribus obierunt, quem quidem coactum in is & concretum, alii, *cum Consentino, in Progymn. Malbio, de polyp. Cord. Rulando, de lue Hung.* alii vero *cum aasio, de pancr. c. 8. Sylvio, Pr. M. L. 1. 33. Heurnio, de r. mal. ac Rich. Morton, exerc. morb. univ. acut. p. 26.* reutum, & inæqualiter fluidum, quin etiam vehemen foetidum observarunt, ut erat varia ipsorum corrum ratio, aut, quod non finistre aiebant veteres, malignitas febre maior, vel malignitate maior et febris: facile cognoscetur, eos vel inflamtionibus internis, vel gangræna & sphacelo contos exspirasse; tum etiam, quid sperandum sit inertioribus illis, ut monocerotis alcesve cor-, quod summopere, sed cum citri acido, comndat *Panarolus, Pentec. 3. observ. 33.* deque gems, quos magni faciebat *Theodorus a Craanen*, od in occultis earum porulis, ætherem quendam rissimum, seu materiam primi elementi Cartesii, naretur hospitari, quae quid hic sit effectura, non uet; ac demum, quid timendum sit, a calidioribus s ac rarefacientibus, myrrha, camphora, *Riverio* frecenti, plerumque vero cum sale nitroso, aut dilue; itemque a Theriacæ, & Mithridatii, ac similii medicamentorum usu. Quorum quidem vaniem his in morbis, post *Goclenium, de peste, Rulann, l. c.* præclare notat *B. Stahlius, not. in Harv.*

c. 17. Non solum vanæ sunt, inquit, *imo falsæ, ill[illegible] seculis continuatæ traditiones de alexipharmacorum [illegible]testate contra pestem; nempe potestate ita conspicua, [illegible]dum absoluta: sed nimio sæpius, & evidentibus peni[illegible] exemplis, plerisque alexipharmacis, citius, gravius, [illegible] calamitosius, exasperatur malum: ut sub graviori[illegible] anxietatibus, & symptomatibus velut intolerandis, [illegible] mortem ægri impellantur. Adeo, ut etiam in urb[illegible] magni nominis, a peritis & circumspectis medicis, pu[illegible]cis schedulis moniti sint cives, ut a Theriaca & Mit[illegible]datio, & calidis atque acribus sic dictis alexipharm[illegible] abstinerent.*

XXII.

Quantum vero in ipsis malignis diluentia poss[illegible] docet exemplum sudoris Anglici, supra ex *B[illegible] haavio* allatum. His addenda nitrosa quoque, cum [illegible]dicio usurpata, docente laudato sæpius *B. Stablio, T[illegible] nitro*, ac acida demum, quod non solum tot aceta [illegible]riacalia, & prophylacticæ aquæ demonstrant, sed c[illegible]firmant etiam alios inter *Piso, hist. nat. & med. Ind. L. 5. c. 20.* de succo citri, ac *Fracastorius, III. de m[illegible] cont.* 7. qui diascordio suo, sine acido, nunquam u[illegible] De citri acido *est apud Aelian. 3. deipnosoph.* latro[illegible] Aegyptii historia, qui præmunitus eo, ab aspidum s[illegible]plicio abiit incolumis: ac *Plinio* autore discimus, ips[illegible] citrei mali lignum, ad integritatem aëris conservand[illegible] fuisse concrematum, quod etiam alias fieri sole[illegible] Θύον vocabant antiquissimi Græci:, unde *Home[illegible] Odyss. 5. v. 70.*

τηλόθε δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ', ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
Δαιομένων·

Eminus assurgunt, cedri quos fissilis igne
Insula spirabat, citrique ardentis odores.

XXIII.

De evacuatione in malignis chirurgica & pharmaceutica, magna est Auctorum dissensio, ut sunt que morborum, neque corporum conditiones pertuæ. Sed docuit experientia, in principio, & ubi levissima suspicio imminentis mali est, pro sua quæ indicatione, sæpe adhibita fuisse quam saluberri; quod de venæ sectione *Forestus* in peste Delphensi tat. Suntque multi, qui vomitionem in malignis n *Renodæo*, *Pharm. p. 629.* & *Hartmanno in Praxi ymiatr.* vehementer laudant. Idem de phoemis, vesicatoriis, & quæ parum differunt, cauteriis, tiendum, quæ quidem ad petechias *R. Boyle. Exper. Obs. Phys. c. 4.* ad pestem ipsam, *Mercurialis l. de peste*, . 22. & *Nath. Hodges, de peste*, *Sect.* 7. magnopere nmendant. De alvi evacuatione notandum saltem , eam lenissimam, ac per epicrasin, instituendam ecipi, & commodo tempore, non per fortiora purntia; de quibus intelligendus est *Ballonius*, cum *in l. & ephem. II. malignos morbos alteratione potius, m evacuatione egere*, pronunciat. Idque notat etiam

Cel. Schmidius, Proluſ. de Alvi adſtrictione purganti non reſeranda. p. 28. Neque deſunt, qui diarrho his in febribus non pertimeſcendas adeo, ſed ſemp fere perutiles, viderint cum *Sam. Formio, obſ. 38.* Nu breviſſime attingam complurium remediorum va tatem in variolis curandis.

XXIV.

Ipſa vero res loquitur, de variolis veris hic ver fieri, id eſt, de febre illa acuta, συνόχῳ, atque flammatoria, ſeu potius febrium acutarum ſyndron a contagio plane ſibi proprio orta, ac in papulas, flammationem primo, mox pus concipientes, per u verſum corporis habitum abeunte. De ortu ei contagii, ſunt medicorum opiniones creberrim cum alii cum *Liſtero*, a beſtiolæ cuiusdam ictu, p mum generi humano illatas, alii cum *Guid. Patino, ad Sponium 15.* a pulticulis, alii aliunde, enatum o nentur. Fortaſſe non contemnenda eſt *Sidobrii* ſe tentia, qui prægreſſam aliquam febrem maligna accuſat. De antiquitate morbi, fueritne cognit priſcis, nec ne, inter Clariſſimum illud Par Viroru *Exc. Werlhofium, Medicum in aula Hanoverana Regiu & Cel. Habnium, Medicum Vratislavienſem*, controv ſia longe doctiſſima etiamnum intercedit. Ceteru optime a Sydenhamio, in diſcretas & confluente benignas & malignas, itemque epidemicas & ſpora cas diſtinguuntur.

XX

XXV.

ontagium illud, nulli parcens neque ſexui, neque ætati, ſenibus paulo benignius, ſtatim ac applica- corpori, receptumque per venas bibulas eſt, at reſolutionem ſanguinis ſingularem, pulſum uentem & velocem, febrem, cum pluribus ioribusve ſymptomatis, praeſertim inſultibus pticis, in inflammationem corporis totius deſi- em. Hunc primum morbi decurſum, vocat *haavius, aph. 1396.* contagii ſtatum. Tum vero ſcere febris aliquantulum videtur, ſed dum in- matio augetur, & ſurgunt puſtulæ, ac pus con- ınt, nova rurſus oritur, eademque nonnunquam diu durat, ac gravis eſt, pro inflammationum ac ılarum multitudine, & puris in ſanguinem reditu. eſt febris illa putrida, confluentibus ſuper- ens, de qua Sydenhamius, ſigillatim, elegan- eque, expoſuit. Interdum etiam læſionem rum, & febrem lentam tabificam poſt ſe re- uit. Ceterum hoc variolarum ſtadium, du- m periodum, inflammationis, & ſuppuratio- *Boerhaavio* complectitur. Ac reſolutio ſan- is tanta hic eſt, ut nonnunquam per ſummos ılorum exhalantium apices, ichor aliquis cru- s in puſtulas effundatur. Ea livoris illarum cauſa ac non certiſſimæ omnino letalitatis, ſed magni- nis morbi, indicium. Vti vero eadem obſer- tempourm, ad felicem curationem magni mo-

 men-

menti eſt, atque hic potiſſimum laudandus ἰα
ἐπικουρότατος, dicto *Pindari*, *Pyth. IV. 13.* ita ad
dum eſt, contagium hoc, quod veras variolas e
tat, in diſcretis & confluentibus unius eiusdem
ſpeciei eſſe non poſſe, adeoque diſcretas a con
entibus, non ſola puſtularum copia, aut leviori c
ditione, differre: cum doceat experientia, emerge
e confluentibus, interdum brevi poſt, diſcretis cor
idque inverſo etiam ordine fieri, neque altera ſpecie
laboravit, ab altera tutum eſſe, ne de aliis, qu
differunt, conditionibus dicam. De inſitione
rum, multis, regiisque exemplis confirmata, p
clare ſcripſit *Magnificus Vaterus*, Patronus ſancte
lendus, itemque *Gualterus Harris*, *diſſert. med.*
3. & 14.

XXVI.

Cum igitur obſervatum eſſet, immitti hic in
guinem peregrini aliquid, & inimici, q
ipſius naturæ beneficio ad ſummam cutem, &
trinſeci corporis ſuperficiem, ut compertum
expellatur, recte quidem iudicatum eſt, debere
dicum in eo opere naturæ adiutorem eſſe, ſed mi
feliciter præſtitum fuit, calidis, ac rarefacientib
crocatis, myrrhatis, ſuccinatis, ſalibus volatili
ſimplicibus ac oleoſis, ſpiritibus eſſentiisque va
tanquam ſpecificis quibuſdam, Theriaca item &
thridatio. Inde etiam evacuatio alvinæ & ven
plenitudinis timeri coepit, ne per cutem excre
q

d aiunt, impediretur. Quod cum finiftre fieri, on fine magna clade perfpexiffent doctiffimi ævi ri medici, illam medendi rationem omnino munt, ac reiecta rarefacientium fupellectile, venæ one, clyfteribus, laxantibus, temperantibus, acis etiam ac nitrofis, pro varietate indicationum, bendis, variolarum curationem feliciter aggreffi . De quibus poft *Freindium*, ac laudatiffimum *nhamium*, itemque *B. Stahlium*, *de Nitro*, utilis- legendus, eft *Harris*, *diff. med. chir. III. & IV.* nuper demum *Cel. Tralles*, & *Clar. Burghartus*, ici Vratislavienfes doctiffimi, venæ fectionis in olis ufum, folidiffima eruditione demonftrarunt. ue ulla ratione cognofci poteft, quid nocitura non folum, ftatim ac prima illa δυςαρεςία fefe it, ubi eorum, quæ indicationes febrium omniacutarum, per initia fua poftulant, habenda ra- ac negligendum nihil eft, eo, quod variola- nomen auditur: fed etiam fub finem ftatus agii inftituta, docente experientia, fi medicus, , citius vocatus non fuerit; nifi cum Ægyptiis, *Iuvenal. Satyr. XV.* inania multa timeantur. Sic n aliis in febribus, quæ cum exanthematibus fut, miffo fanguine erupiffe exanthemata, quæ ioribus in receffibus oculta latuiffent, alios in- *Ballonius*, *epid. & ephemerid. II.* & *Pechlinus*, *. obf. med. phyf. XV.* prodiderunt. Venam in nda confluentium febre tundi, quod feliciter *Sydenham. Tr. de feb. putrida*, *variol. confl. fuper-nte*, in ufu nobis vix eft. Ac de laxantibus, *tablius*, *diff. de Variol. & Morb.* mentionem facit methodi

methodi *Gundelsheimianæ*, alternis diebus mannai atque cassiam saluberrime adhibendi. Demum e iam nihil timoris esse debet ab acidulis, ac tempera tibus præsertim, & nitrosis, ne variolæ disparean si quidem prudentem nacta sint medicum, & nc sine potu calido, ad expellendum aptissimo rem dio, ingerantur. Neque etiam semina sic dicta e pulsiva, nisi ob diluentis humidi societatem, aliquid ficere videntur. Calida vero omnia manifesto n cent, atque epilepsiæ in secunda febre, itemque suff cationis metum, qui declinante tertia periodo gravis mus est, augent.

XXVII.

Longe plura in eam sententiam dicenda restant, facile omnia liquido deduci possent, itemq alios ad morbos transitus fieri. Id vero oper bono cum DEO alioqui experiar, quantum lice Hunc dissertatiunculæ finem facio, postquam Divi clementiæ gratias egi, quæ deducere me huc usque, non dedignata est.

